Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8221
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Venus est feminina, nocturna & fortuna minor, frigida & humida, temperata.

Mercurius cū masculinis est masculinus, cū feminis feminina. fortunatus cū fortunatis, infortunatus cū infortunatis, humidus cū humidis; sicq cū sicis ☉.

Luna est feminina nocturna, naturaliter frigida & humida, & est delatrix virtutū & impressionū omnū aliorū Planetarū.

DE QVALITATIB. planetarum.

SATVRNVS est frigidus, siccus & Melancholicus, frigidus ppter longitudinem circuitus eius à calore solis, siccus ppter longitudinem eius à vapore terre. et est terreus et Melancholicus. & quando est in horoscopo efficit Melancholicos.

IVPPITER est Calidus & humidus, Calidus ppter vicinitatem martis & solis. humidus ppter vicinitatem Mercurij & est aereus, sanguineus, & qa equalitates Saturni & Iouis sunt contrarie. ideo & effectus sunt contrarij. & Iuppiter in eclipsi auertat Saturno.

MARS. est calidus & siccus, calidus qa calor eius est igneus, & qa ppe est soli, est Choleric. tempore autem belli omnino est igneus.